UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

1 Si unus ex tribus iudicibus delegatis appellationi de- tulerit. & alii non admiſerint : an cauſa ad ſedem apoſto- cam deuoluta erit. Tu indubitantur tene ꝙ ſic, ob ipſiu ſedis reuerentiam, & ita domini de Rotha deciſ.222. in cip.nota ꝙ ſi unus in antiquis, in hac ſententiam inclina- uere, & in clemen.i. Ibi liceat ipſis uel maiori parti de appell. & ibi Card. & Imol. q.26. licet aliqui. ut Bal. in auct. hodie. uerſi.ſed ſi qui appellauit.C.de appell. & Pe- ruſ.in c.fin.q.7.de conſt. dicant contrarium, & hanc eſſe communem; attamen inhæreas opinioni ſupradictę tan- quam ueriſſimæ, & not. gloſ.in d.clem.i. in uerſi.maior & an & quando intelligatur delatum appellationi. Dic per termini aſſignationem, uel per admiſſionem ſi & in quantum. ut Deci.in c.oblatæ nu.1. & 2.de appellat. An- ge. conſi. 227.col.5. Feder. conſi.172. & conſi.28.ad fi Roth. deci.16.

1 Amplia.1. procedere in cauſis etiam breuioribus, ut Bal.in l. & ſi maioribus in fine.C. de appellat. & quæ di- cantur cauſæ breuiores, uide doct. in auct.niſi breuiores C de ſent. ex peric.recit.

2 Amplia 2. d.reg. locum habere tam in ſententiis diffi- nitiuis quã interlocutoriis : & a quocunque alio grau- mine, parti præiuditium inferente, dummodo cauſa infe- ratur. Ita Gemin.in c.Romana.§. ſi autem de appellat. in 6.deci.in c. cum ſpeciali.§. porro.col.3. num.16.uerſi.ex prædictis de appella.Rom.conſi.324 n.56.cum aliis infra.

3 Fallit in notoriis ubi appellatio non admittitur, ſecun- dum communem opin. per tex. in c.cum ſit Romana, in fine.c.conſuluit, & c.peruenit. de appell.& c. Romana.§. ſin autem de appell.in 6.Ratio ponit Old.conſi.324.uer- ſi.8.non obſtat. & idem conſi.18. uerſi. Ad quartum quo quæritur, dicendo. ꝙ in notoriis, iudicis pronunciatio non eſt proprie ſententia, ſed eſt executio. ſecundum In- noc.in c.ex parte. il primo de uerb. ſignifi. & ab execu- tione

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione non appellatur c.nouit de appellat.ergo ſecundo in notorijs delictum redditur alternantium ex tribus. ex rei euidentia, ex confeſſione,aut ex legitima probatione , ut Decius in c.cum ſpeciali.§.porro. de appellat. & Azo, in ſumma.C.ad l.aquil.& in rubrica.C.de probat.

REGVLA XXXV.

1 Iudex interponendo decretum actibus ad ſuam † iuriſdictionem ſpectantibus omnino ſedere debet l. naturali §.ſi quæratur,ibi & pro tribunali decretum interpoſitum ſit.ff.de conf.tuto.Corn.Peru.conſi.98.n.4.uol.1.&.l. iij. §.pe.ff.de bo.poſſeſſion.ibi cauſa cognita pro tribunali. Roma.conſi.454.n.1.Baba.in c.ex parte de foro compet. & in c,cum diletti. de empt, & uendit. & ſym. de peru. in conſi.49.n.5.conſilior.Cri. ubi dicit quòd nunquam po-
2 teſt deueniri ad interpoſitionē 2. † decreti,niſi citato poſſeſſore.l.ſi finita.§.Iulianus. ff.de damn.infect. nec debet iudex habere ſalarium per interpoſitionē decreti ut l. fin. in fin.C.de prediis cure l.11.

3 Amplia.1.ut decreti interpoſitio requirat cauſę cognitionē ita Doct.in l.nequicquam.§.ubi decretum.ff. de officio proconſ.& l.ſi finita.§.Iulianus col.ult.ff.de damn. infect. Alex. conſi. 83.n.8.uol.3. deci.conſi.556.nu. 6. nec in hoc ſtandum erit aſſertioni notarij Roma. conſi. 321. in princ.& conſi.454.nu.1.12.14.& 16.affl.dec.87.n. 4.

4 Amplia.2.ut decreti interpoſitio poteſt interponi etiā die ferriata in honorem Dei , ubi immineret neceſſitas actus & requireret cauſæ executionem l.ij. in fine.ff. de ferrijs.Ita Guido papa deciſ. 215. nu.9.in fine.

5 Amplia.3.quando timor eſt. ne debitor dilapidet , uel ne committatur aliqua falſitas uel actio ſit peritura dilatione temporis Abb.in c.fin. in fin. de iudit. uel quando res, ſeu actus celerem expeditionem deſideraret. ut glo. not.in d. l.ij.ff.de ferijs , & l. imperatores. de appellat. & l.i.ff.eo.tit.& ibi doct.antiqui.

1 Fallit 1. quando ex ui conſuetudinis & ex ſtilo fori

aliter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN